

VERS. I.



CONTENDE Domine cū contendētibz meū: expugna impugnātes me. A

2. Apprehende scutum & hastam, & exurge ad adiuuandum me.

3. Produca lanceam, & præoccupa ex aduerso persequētes me: dic anima mea, Salus tua ego sum.

4. Confundantur & pudefiant quærentes animam meam: auertantur retrorsum, & confundantur cogitantes mihi mala.

5. Fiant velut puluis ante faciem venti, & angelus Domini impellat eos,

6. Sit via illorum caliginosa & lubrica, & angelus Domini persequatur eos.

7. Quoniā sine causa absconderūt mihi foueā retis sui, sine causa foderūt animam meam

8. Veniat illi calamitas quam ignorat, & rete ipsius quod abscondit, apprehendat eum, cum calamitate incidat in ipsum.

9. Et anima mea exultabit in Domino, letabitur in salute eius.

10. Omnia ossa mea dicent: Domine quis similis tui? qui eripis adflīctum ab eo qui ipsi præualet, adflīctum & egenum à depraedante ipsum.

11. Surgunt testes iniqui: quæ non cognoui, interrogant me.

12. Retribuunt mihi mala pro bonis, desolationem animam meam.

13. Ego autem, cum infirmarentur ipsi, induebar cilicio, adfligebam ieiunio animam meam & oratio mea in sinu meo conuertebatur.

14. Quasi amicus mihi esset & frater, sic ambulabam: quasi lugens matrem, pullatus incuruabar.

15. Cū ego autem atteror, latantur & conueniunt: cōueniunt aduersum me claudi, & ignorabam: proscindunt me, nec quiescunt.

16. Cum simulatoribus, derisoribus, parasitis frendunt super me dentibus suis.

17. Domine vsquequò aspicias? restitue animam meam à calamitate quam illi inferunt, à leonibus unicam meam.

18. Celebrabo te in Ecclesia magna, in populo valido laudabo te.

19. Ne gaudeant super me, qui falso prætextu mihi sunt inimici: qui oderunt me sine causa, & annuunt oculis.

20. Quoniam non loquuntur pacem, & super adflīctos terra verba dolosa cogitant. B

21. Et dilatant super me os suum, dicunt: Euge euge, vident oculi nostri.

22. Vides Domine, ne sileas Domine, ne elongeris à me.

23. Excitare & euigila ad iudicium meum Deus meus, & Dominus meus ad contentionem meam.

24. Iudica me secundū iustitiam tuā Domine Deus meus, & non gaudeāt super me.

25. Ne dicant in cordibus suis: Euge anima nostra: nec dicant, Deuorauimus eum.

26. Erubescant & confundantur simul, qui latantur in adflīctione mea: induantur confusione & ignominia, qui gloriantur aduersum me.

27. Exultent & latentur, qui delectantur iustitia mea: & dicant, Semper magnificetur Dominus, qui diligit pacem serui sui.

28. Et lingua mea meditabitur iustitiam tuam, tota die laudem tuam.

LECTIO. Contende Domine. ] Ebr. ריבה יהיה אה יריבי. Græc. & vulg. Lat. Iudica Domine nocentes me. Chald. Con-

vers. 1. tendē Domine aduersum authores contentionis meæ. Hieron. & Iustin. Iudica Domine aduersarios meos. Pagn. Iudica Domine iudices meos. Tigurina: Suscipe Domine litem meam. Felinus: Constatue te authophyes aduersarium aduersarijs meis Campensis: Supplicium sume Domine de aduersarijs meis.

vers. 3. Produca lanceam. ] Ebr. וחורף גרת. Græc. & vulg. Lat. Effunde frameam. Hieron. Euagina gladium. Pagn. Et expedi lanceam. Felix: Educ lanceam.

Et præoccupa ex aduerso persequentes me. Ebr. וסגורדל קראת רר פי. Græc. & vulg. Lat. Et conclude aduersus eos, &c. Pagn. Et claude in occursum perseq. Tigurina: Prodi obuiam persequutoribus meis.

vers. 7. Sine causa foderūt animam meam. ] Ebr. חפרו לנפשי. Græc. & vulg. Lat. Superuacue exprobrauerūt animam meam.

vers. 8. Veniat illi calamitas. ] Ebr. תבואתו שראת. Græc. & vulg. Lat. Veniat illi laqueus. Pagn. Veniat ei contritio. Felix: Veniat ei strepitus.

Cum Calamitate incidat in ipsum. Ebr. בשראת יפל בה. Græc. & vulg. Lat. Et in laqueum cadat in ipso. Hieron. Et cadat in laqueum. Pagnin. In contritionem cadet. Felix: Cum strepitu cadat in illud. Felinus: Incidat in calamitatem.

vers. 12. Desolationem animam meam. ] Ebr. שברל לנפשי. Græc. & vulg. Lat. Sterilitatem animam meam. Sic & Hieron. & Iustin. & Felix, & Pagn. Tigurina: Orbitatem animam meam. Campensis: Ad inopiam redigere conabantur me. Felinus: Soliudinen animam meam.

vers. 13. Ego autem cū infirmarentur ipsi. ] Ebr. ואני בחליתם. Græc. & vulg. Lat. Ego autē cū mihi molesti essent. Ego autem cū infirmarer ab eis.

Quasi